# DISPUTATIO INAUGURALIS. DE DONATIONIBUS.

QUAM
PRÆSIDE SUMMO NUMINE.
Ex Authoritate
MAGNIFICI DOMINI RECTORIS.
*Viri Amplissimi & Consultissimi,*
DN. JOHANNIS JACOBI WISSENBACH,
J.U.D. Ejusdemque Facultatis in Illustri Frisiorum Academia Professoris Primarii.
*Et Amplissimi Senatus Academici decreto, Consultissimæque Juridicæ Facultatis Consensu,*
Pro LICENTIA, Summisque in utroque jure honoribus ac privilegiis ritè obtinendis.
*Publico eruditorum examini submittit*
PHILIPPUS EISERMANNUS,
CASSELLANUS HASSUS.
In Templo Academico die . 7. Octo bris.



FRANEKERÆ,
Ex Officina JOHANNIS WELLENS, Illustr. Fris. Ordin. & eorundem Acad. Typogr. Ordinarii. 1662.

*Viris Magnificis, Nobilißimis, Amplißimis ac Consultißimis,*

DN. NICOLAO SIXTINO, JCto eminenti Serenissimi ac Celsissimi Principis ac Domini, DN. WILHELMI VI. Hassiæ Landgravii, Principis Hersfeldiæ &c. Consiliario intimo, Principalis Cameræ Præsidi ac Directori gravissimo.

DN. JOHANNI VULTEJO, JCto pereximio, Ejusdem Celsitudinis Consiliario Secretiori & Cancellario Spectatissimo, gravissimo.

DN. REGNERO BADENHAUSEN, Jurisperito insigni, præfatæ Celsitudinis Consiliario interiori, & ad Comitia Imperii [redacted] Legato.

Dominis suis, Patronis, Mæcenatibus & promotoribus observandissimis.



*Disputationem hanc inauguralem, & se ipsum omni obsequio*

Submissè

*Offert & Commendat*

PHILIPPUS EISERMANNUS.

J. N. D. N. I. C.

# DISPUTATIO JURIDICA, INAUGURALIS.

## DE DONATIONIBUS.

### THES. I.



Cquiritur dominium vel jure gentium, vel jure civili. *l. 1. princ. ff. de acquir. rer. Domin. l. in rem actio 23. princ. ff. de R. V. §. 11. Inst. de rer. divis. §. ult. Inst. de usu & habit.* Jure gentium acquiritur Dominium his modis. Occupatione, Accessione, Specificatione, Confusione, Commixtione, Traditione. *tot. tit. ff. de acquir. rer. dom. §. 12. & seqq. usque ad fin. Inst. de rer. divis.* Jure civili acquiritur dominium aut per universitatem, ut Hereditate, Bonorum possessione, Arrogatione, & Libertatum conservandarum addictione. *§. 1. Inst. de acquisit. per arrog. tit. Inst. de eo cui libert. caus. bon. addic.* Aut Sigillatim seu particulariter, ut Usucapione, Donatione, Legato, & Fideicommisso particulari. Nos verò de unico illo modo de Donatione agemus.

2. Donatio est mera quædam liberalitas, quæ nullo jure cogente fit, sed ex sola liberalitate & munificentia donantis procedit. *l. 1. l. donari 29. ff. de donat. l. 82. ff. de R. I.* Unde donatio remuneratoria, sub hac definitione non continetur, cum beneficii potius sit compensatio, quàm donatio, ideoque ob ingratitudinem revocari non potest, item ab ea excluditur

dos & donatio propter nuptias, cum ad utramque quis cogatur *l. 19. ff. de ritu nupt.* in necessitatibus enim nemo est & præsumitur liberalis *l. 18. ff. de adim. legat.* Dicta est donatio à dono, quasi doni datio *l. 35. §. 1. ff. de donat. m. c.* cum quis ea mente dat simul & tradit, ut res statim accipientis fiat, nec unquam ullo facto velit ad se reverti *l. 1. §. 1. ff. de donat.*

3. Donationum duo sunt genera *Mortis causa, & non mortis causa, princ. Inst. de donat.* Illa fit propter mortis aut periculi alicujus suspicionem & metum, ac tunc rata est cum causa est secuta. Hæc quæ etiam inter vivos dicitur, sine ulla mortis aut periculi cogitatione fit: quæ iterum est vel Absoluta vel Relata. Illa ex mera liberalitate & munificentia proficiscitur, hæc fit ob aliud, veluti est donatio propter nuptias, & remuneratoria. *l. Sed etsi 25. §. 11. ff. de petit. hered.*

4. Donare possunt omnes qui liberam rerum suarum habent administrationem, & qui nominatim à lege non prohibentur. *arg. l. cum prætor. 12. princ. ff. de judic.* Nam suæ quidem quisque rei moderator est & arbiter *l. in re mandata 21. Cod. mandat.* Prohibentur autem donare, Servus, cum non habeat proprium *l. contra 28. §. si filius aut servus ff. de pact.* Furiosus & mente captus *l. modestinus 23. in fin. ff. de donat.* Prodigus cui bonis interdictum est *l. is cui ff. de V. O.* Pupillus *l. pupillus. 11. ff. de acquir. rer. dom.* Mutus verò & surdus donare non prohibentur, quia donatio consensu fit, nisi à natura quis mutus & surdus simul esset, nec intelligeret quid ageret *l. 33 §. 2. ff. de donat.* Senex qui mente constat donare potest, qui autem delirare & desipere incipit non potest *l. 16. Cod. de donat.*

5. Filiusfamilias donare non potest, etiamsi à patre libera ei peculii administratio concessa sit, nec enim ad hoc ei conceditur libera peculii administratio ut perdat *l. filiusfam. 7. pr. ff. de donat.* nisi justa ratione motus donet. *d. l. 7. §. 1.* vel filius sit Senatoris, Ducis, vel alterius dignitatis *d. l. 7. §. 3.* vel peculium castrense vel quasi castrense habeat, nam de hujusmodi peculio, inter vivos & mortis causa donare & testari potest. *d. l. 7. §. fin.*

6. Is

6. Is qui commisit crimen capitale donare non potest, & onatio post commissum crimen capitale facta, in suspenso est, bsoluto reo, retrò censetur valida, condemnato reo, tanquam in fraudem fisci facta, revocatur *l. post contractum.15. ff. de donat.* Illa verò donatio inter vivos, quæ ante contractum crimen capitale facta est, valet, tametsi donator capitis pœna postea affectus sit *l. si aliquis 7. ff. de donat. m. c.* Donationes autem mortis causa factæ, evanescunt, secuta condemnatione, etiamsi ante contractum crimen factæ sint. *d. l. 7.* quia hæ donationes comparantur legatis *§. 1. Inst. de donat.* Testamentum autem per insequentem damnationem rescinditur *l. ejus qui 8. §. 1. ff. qui testam. fac. poss l. 6. §. irritum 5. & 6. ff. de injust. rupt. & irrit. testam. Cujac. 6. obs. 23. in fin. Fab. 7. conject. 20.*

7. Omnibus inter vivos donari potest, nisi per legem prohibeantur, sive sit paterfamilias, sive filiusfamilias, sive pubes sive impubes, cum pupillis liceat conditionem suam meliorem facere, etiam sine tutoris authoritate *princ. Inst. de author. tutor.* Non solum amicis & notis, sed etiam ignotis & extraneis, *l. in extraneos. 29. Cod. de donat.* Et non solum præsenti, sed etiam absenti *l. nec ambigi 6. Cod. eod, tit. l. absenti 10. ff. de donat.* per epistolam *l. si aliquid 13. Cod. de donat.* per nuntium vel aliam interpositam personam *d. l. absenti l. 4. ff. de donat.* honestis & inhonestis *l. affectionis 5. l. donationes in concubinam. 31. princ. ff. de donat.*

8. Prohibitæ sunt donationes inter conjuges, ne concordia pretiô conciliari videretur, ne amor conjugalis venalis esset, aut alter profusâ liberalitate redderetur pauperior, alter verò locupletior *l. 1. l. 2. l. 3. princ. ff. de donat. int. vir. & uxor.* & non modò inter ipsos conjuges donationes sunt vetitæ, sed etiam inter socerum & generum, Socerum & nurum, Consoceros invicem in quorum potestate sunt conjuges *l. 3. §. 1. & seqq. l. 5. §. 2. l. 26. §. 1. l. cum hic 32. §. oratio 16. & 18. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 3. l. 4. l. 5. l. 25. Cod. eod. tit.* Socer non potest donare genero, quia uxor donare marito per patrem videretur, propter jus suitatis. Nec socer potest donare nurui, quia quod socer dat nurui, maritus ipse propter suitatem donare intelli-

telligitur. Consocer non potest consocero donare, quia propter jus suitatis uni detrahi, & alteri addi videtur. *dd. ll.* nec frater mariti donare potest uxori ejus, quia maritus ipse dare per duas interpositas personas videtur, patris nimirum & fratris *d. l. 3. §. 2. & 5. Hottoman. disp. de donat. c. 6. n 19. 20. 21. & 8. obs. 15. in fin.*

9. Donatio injustæ uxori contra præcepta legum ductæ, facta, est irrita, ne melior sit conditio eorum qui deliquerunt *l. 3. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Concubinæ verò donare licet *l. 31. ff. de donat.* Item meretrici *l. affectionis 5. ff. eod. l. idem 4. §. Sed & quod meretrici. 3. ff. de condict. ob turp. caus.* Miles verò concubinæ suæ donare prohibetur, ne fictis adulationibus milites spolientur *l. 2. Cod. de donat. int. vir. & uxor.* quæ Constitutio etiam ad Sacerdotes, Doctores, Advocatos porrigitur, cum & hi militare dicantur *l. advocati. 14. Cod. de advoc. div. judic.* Sed hodiè sublato concubinatu, otiosa & iners est hæc quæstio *Cujac. 5. obs. 6. Duaren. in tit. de inoff. testam. fol. 176.*

10. Donatio simplex, sive inter vivos prohibita est inter virum & uxorem (nisi Imperator donet conjugi suæ *l. donationes 26. Cod. de donat. int. vir. & uxor.*) non etiam donatio mortis causa, quia hæc confertur in tempus quo amplius conjuges non sunt *l. si eum. 9. §. 2. & ll. seqq. ff. de donat. int. vir. & uxor. l 40. ff. de donat. m. c.* In hoc autem donatio mortis causa inter conjuges facta, differt à donatione mortis causa inter extraneos facta: Rei mortis causa uxori à marito donatæ & traditæ dominium non statim transit in accipientem, sed tunc demum cum mors fuerit insecuta *l. 11. princ. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Inter alias autem personas ita juris est, ut dominium in accipientem statim transeat. Nisi hâc lege mortis causa res sit donata, ut morte demum donatoris transferatur dominium *l. 2. l. 30. l. 39. ff. de donat. m. c.*

11. Sunt tamen casus quibus constante matrimonio donatio simplex inter maritum & uxorem facta valet: Ut si honoris ac dignitatis adipiscendæ gratia uxor marito donaverit *l. 40. l. 41. l. 42. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 21. Cod. eod.* Si donatio accipien-

pien-

entem non fecerit locupletiorem *d. l. 21. l. 32. §. 9. l 25. l. 28. . 3. l. 50. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Si alter alteri donaerit servum hâc lege ut eum manumittat *l. 22. Cod. d. tit. l. 7. . ult. ff. eod.* (quod vel libertatis favore placuit, vel quia tali onatione accipiens non fit locupletior *l. 126. ff. de* R. I.) Si aritus uxori quod in diem debet ei repræsentaverit, id est, olverit ante diem *l. 31. §. quod vir. ff. de donat. int. vir. & uxor.* i annuum quid præstiterit, quod dotis quantitatem non exceat *l. 15. pr. ff. d. t.* Si vectigal in itinere pro ea solverit *l. 21. pr. . eod.* Si alter alteri ad refectionem domus incendio consumtæ pecuniam erogaverit *l. 14. ff. eod.* Si sepulturæ causa dedet, *l. 5. §. 8. ff. eod.* Si alter alterius servis, vestimentis aut ædius gratis usus fuerit *l. 18. ff. eod. tit.*

12. Donatio uxori facta à marito, vel contrà, silentio & norte donatoris confirmatur *l. cum hic 32. §. 1. §. ait oratio. 2. .14. §. sive autem 23. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. res uxoris 4. in fin. l. donationes quas 25. Cod. eod. tit.* Nec illa tantum doatio confirmatur morte donantis quæ re perfecta est, i. e. traitione, sed etiam quæ stipulatione contracta est, puta si doandi animo stipulanti uxori maritus promiserit, & in eadem entententia usque ad supremum vitæ exitum permanserit. Hæc quam donatio morte mariti confirmatur, danda actione in eredem ejus *d. l. 32. §. 23. l. si stipulata 33. ff. de donat. int. vir. & uxor. nov. 162. c. 1.* Etiam jurejurando donationes inter conuges confirmari possunt *arg. l. 1. & auth. Sacramenta puberum. Cod. si advers. vendit. c. quamvis 2. de pact. in 6. c. cum contingat. 28. xtr. de jure jurand. Wesenb. parat. h.*

13. Donatio quam pater filiofamilias fecit nulla est *l. 1. §. 1. . pro donat. l. 13. Cod. de collat.* quia pater & filius una & eaem persona esse censentur *l. fin. in fin. Cod. de impub. & alii subst.* emo enim sibi ipsi donare potest, nam distinctio esse debet, nter dantem & accipientem, quodque semel meum est amplis meum fieri non potest. Nisi eam donationem mors confiret *l. donationes quas 25. Cod. de donat. int. vir. & uxor.* aut emanipatio *l. donationes 31. §. pater 2. ff. de donat.*

14. Qui-

14. Quibusdam verò casibus valet donatio filiofamilias à patre facta. Ut si res quasdam filio proficiscenti in militiam pater donaverit *l. si filiusf. 4. Cod. fam. ercis. l. 1. Cod. de castr pecul. lib. 12.* Item si propter bene merita ei donaverit, remunerationis loco *arg. l. in ipsius. 5. Cod. fam. ercis. l. cum pater 77. §. rogo filia 25. ff. de legat. 2. l. 3. ff. de obseq. parent. & patron. præst.* Item donatio facta à patre filio causa studiorum *l. quæ pater 50. ff. fam. ercis.* Item donatio filiofamilias in potestate facta valet, quando pater remittit usumfructum in bonis adventitiis filii sibi debitum *l. cum oportet. 6. §. sin autem Cód. de bon. quæ liber.* Item donatio facta filiæ ex causa dotis, vel filio ex causa donationis propter nuptias *l. Pomponius. 35. ff. fam. ercis.*

15. Mater filio, morte patris vel emancipatione sui juris facto, donare potest *l. 17. Cod. de donat. l. si pater. 34. ff. eod. l. 42. §. 1. ff. de donat. m. c.* Sed quæritur an vivente marito, Constante matrimonio, mater donare possit filio existenti in patris potestate? Neg: quia per filium acquireretur patri, & ita re ipsa donaretur marito; quæ donatio est prohibita *l. 1. & tot. tit. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Sed hoc verum est de jure veteri, quo patri proprietas & usufructus in bonis adventitiis per filium acquirebatur *§. 1. Inst. per quas person. cuique acquir.* Hodiè verò talis donatio facta à matre valet non solum quoad proprietatem, cum in bonis adventitiis filio proprietas, patri verò usufructus tantum acquiratur *§. 2. Inst. d. t. l. 6. pr. Cod. de bon. quæ liber.* Sed etiam quoad usumfructum, quando scilicet ea lege res donata est filio, ut patri usufructus non acquiratur *Auth. excipitur Cod. de bon. quæ liber.*

16. Perficitur donatio simulatque donator suam voluntatem scriptis aut sine scriptis, vel nuda conventione manifestaverit, & accesserit donatarii acceptatio *§. 2. Inst. de donat.* Invito enim inscio aut nolenti non potest liberalitas acquiri *l. 19. §. 2. ff. de donat.* Et licèt donatio absenti fieri possit non tamen prorsus ignoranti & non acceptanti. Nam si quis absenti donare quicquam velit, per nuntium aut epistolam id fieri debet, nec ante valet donatio, quàm is de ea re certior factus consen-

sum

m ſuum declaraverit *l. abſenti 10. l. 4. ff. de donat. l. 6. Cod.* *l. l. 6. Cod. de revoc. donat. l. 42. ff. de donat. m. c.* Donatio n fit ſola voluntate donantis, donatio non eſt ſine acceptio- *d. l. 4. d. l. 10. l. 19. §. 2. ff. de donat. Cujac. 12 obſ. 28. & Con-t. 43.*

17. Donari poſſunt res quæ ſunt in patrimonio noſtro, & ominio noſtro ſubjici poſſunt *l. in ædibus. 9. §. fin. ff. de donat.* *nct. princ. Inſt. de rer. diviſ.* Sive ſint res mobiles ſive immo-les, corporales ſive incorporales, ut jura & actiones *l. 2. l. 3.* *18. Cod. de donat.* Res autem quæ non ſunt in commercio ho-inum, ut res ſacræ, religioſæ, ſanctæ, donari non poſſunt. cut nec in ſtipulationem deduci *d. l. 9. §. fin. §. nullius. 7. &* *q. Inſt. de rer. diviſ. §. 1. Inſt. de inutilib. ſtipul.* Neque res alie-a cum effectu donari poteſt *d. l. 9. §. ult. l. 14. Cod. de donat.* a ſcilicet ut Statim fiat accipientis, & proprietas vero domi-o auferatur, ſed interim is qui rem alienam bona fide nactus t eam pro donato poſſidet & uſucapit. Res aliena bona fide onata & tradita uſucapitur pro donato *l. 1. & tot. tit. ff. pro do-nato.* Sed quæritur re donata evicta, an donatarius de evictio-e agere poſſit? Neg. *l. Ariſto. 18. §. Labeo ait. 3. ff. de donat.* iſi ſtipulanti donatario evictionem promiſerit donator.

18. Omnium bonorum præſentium & futurorum donatio alet. *l. ſi quis argentum. 35. §. ſed ſi quis 4. Cod. de donat. l. ſi un-uam 8. Cod. de revoc. donat. l. ſi totas 5. Cod. de inoff. donat. l. om-es debitores 17. §. 1. ff. quæ in fraud. credit. Cl. Dn. Wiſſenb. exerc. d pand. tit. de donat. th. 11. Perez. Cod. de donat. n. 18. Diſſ. Fachin. . controv. 87. Tuld. ad tit. Cod. de donat. n. 4.* Sed quæritur do-natione omnium bonorum facta, an etiam bona futura dona-a intelligantur? Negat. *l. 7. ff. de auro & argent. legat. arg. l. 5.* *ff. de ſeparat.* nam donatio ſtricti juris contractibus annumera-ur *l. 22. ff. de donat.* quæ non extenduntur ultra ea de qui-bus actum.

19. Donatarius omnium bonorum non tenetur diſſolvere æs alienum donatoris *l. æris alieni 15. Cod. de donat.* actio perſo-nalis qua tenetur debitor, non comitatur poſſeſſorem rei de-

 bito-

bitoris *l. 1. §. si heres 16. ff. ad Sct. Trebell. l. fin. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 25. pr. ff. de O. & A.* Actio verò revocatoria Pauliana creditoribus adversus ipsum superest *l. 17. §. 1. ff. quæ in fraud. credit.* nisi ea lege donatum sit, ut creditoribus donantis satisfaciat, tunc illis satisfacere cogitur *l. 22. Cod. de donat.* Servanda enim est lex donationis *l. 9. Cod. eod. tit.*

20. Donatio quingentos solidos excedens est insinuanda *§. 2. Inst. de donat. l. donatio 25. l. data 27. l. Sancimus 34. Cod. de donat.* id est in tabulas publicas referenda: Et donatio in urbe facta insinuanda est, apud magistrum census, in provinciis apud Præsides vel Defensores civitatis *l. 30. Cod. de donat.* Si donatio apud alios magistratus, quàm cujus jurisdictioni subsit donator, insinuetur, tam insinuantes, quàm Tabellio qui testimonium præbuit, vicenis libris auri, & alia gravissima indignatione plectuntur *d. l. 30. l. secundum 32. Cod. de donat.* nam licet donatio non sit controversæ jurisdictionis, convenit tamen donationem in urbe factam expediri & actis annotari, coram judice competente, qualis in urbe erat magister census. Insinuatio autem statim, tempore donationis, non ex intervallo fieri debet, nam si ea ex intervallo fieri posset, frustra leges tam sollicitè præscriberent, donationem oportere fieri apud acta, actisque intervenientibus, *l. donatio 25. l. data 27. Cod. de donat. Perez. Cod. eod. tit. n. 30.*

21. Donatio excedens summam quingentorum solidorum sine insinuatione facta, non vitiatur in totum, propter insinuationem omissam. Sed eatenus tantum quatenus eam summam excedit *l. Sancimus 34. princ. & §. 1. in fin. l. 35. §. 3. l. penult. §. ult. Cod. de donat.* Utile enim per inutile non vitiatur, ubi alterum ab altero separari potest *c. utile. 37. de R. I. in 6.* Sicut donatio inofficiosa non in totum rescinditur, sed usque ad legitimam tantum *l. 2. l. 5. l. 8. Cod. de inoff. donat.* Sed quæritur an donator huic insinuationi renuntiare possit? Neg: quia illis legibus, quæ inducunt certam solemnitatem in actibus hominum, & prohibent contractus, vel dispositiones sine certa solemnitate fieri, renuntiari non potest *l. nemo potest. 55. ff. de legat.*

nat. 1. *l. ita autem 5. §. 7. ff. de admin. & peric. tutor.*

22. Sunt tamen quædam donationum genera, quæ citra insinuationem pleniſſimam habent firmitatem, etiamſi quingentos aureos excedant, Ut donatio quæ fit ex cauſa redemptionis captivorum. *l. ſi quis 36. pr. Cod. de donat.* Donatio facta militibus à magiſtro militum, ob res præclare in bello geſtas *d. l. 36.* Donatio propter nuptias *l. ult. Cod. de donat. ant. nupt. nov. 119. c. 1.* Donatio facta à Principe in privatos, & à privato in Principem *l. 34. pr. Cod. de donat.* Donatio mortis cauſa, cum ſit inſtar legati, & pœnitentia revocari poſſit, & legatum non inſinuatur, dummodo fiat in præſentia quinque teſtium *l. fin. Cod. de donat. m. c.* Donatio remuneratoria *arg. nov. 119. c. 1. junct. l. Aquilius 27. ff. de donat.* Donatio facta in refectionem domus, ruina aut incendio corruptæ *d. l. 36.* Donatio plurium rerum diverſis temporibus ab una perſona in eundem donatarium collata, quæ ſingulæ non excedunt legitimam quantitatem, inſinuationem non requirit, quamtumvis coacervatæ quingentos aureos excedant. Intelliguntur enim plures eſſe donationes non una *d. l. Sancimus 34. §. ſi quis autem 3. Cod. de donat.*

23. Donatio ſimplex ſive inter vivos, ſemel perfecta temerè revocari non poteſt *§. 2. Inſt. de donat. l. ult. Cod. de revoc. donat.* Donatio enim inter vivos eſt pactum legitimum à quo altero invito recedere non licet *l. 1. ff. de pact. l. ſicut. 5. Cod. de O. & A.* nam quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt *c. quod ſemel. 21. de R. I. in 6.* Sunt tamen caſus quibus donationes perfectæ & conſummatæ reſcinduntur vel pro parte vel in totum. Pro parte tantum revocantur donationes inofficioſæ, quales dicuntur, quæ tantæ ſunt quantitatis, ut non ſit ſalva legitima filiis, & aliis quibus per leges debetur *l. 1. l. 2. l. 3. l. 5. Cod. de inoff. donat. nov. 92. c. 1.* nam liberis datur querela contra donationem à patre factam *d. l. 1. l. 2. l. 7. Cod. eod. tit.* Parentibus contra, donationem factam à liberis *l. 4. Cod. eod. tit.* Fratribus quoque querela competit ad ſimilitudinem querelæ inofficioſi teſtamenti, eo ſaltem caſu quo inofficioſa

donatio facta est personæ turpi *gloss. in l. 2. in fin. & l. 4. Cod. de inoff. donat.* Donatio autem non in solidum rescinditur, sed in portionem legitimam, debita tantum portio revocatur aut suppletur *l. 1. l. 2. l. 5. Cod. d. t.*

24. In totum revocantur donationes duabus ex causis. Prima causa est ingratitudo donatarii *§. 2. Inst. de donat.* Et hoc adeo verum est, ut etiamsi donationis instrumento clusula adjecta fuerit, quod nec ob ingratitudinem ullo tempore, donatio revocari valeat, nihilominus si donationis acceptor ingratus erga donatorem existat, revocationi locus sit, nec valet illud pactum tanquam contra bonos mores initum *l. pacta quæ 6. Cod. de pact. l. si usu 27. §. pacta 4. ff. eod.* cum per hujusmodi pactum donatarius invitetur ad delinquendum, quæ pacta non valent *l. illud convenire 5. ff. de pact. dotal. d. l. 27. §. 4.* Causæ verò ingratitudinis numerantur quinque *l. ult. Cod. de revoc. donat.* Videlicet. Si donatarius in donatorem impias manus injecerit, si atroci injuria eum affecerit, si grave damnum rebus donatoris intulerit, si vitæ periculum inferre præsumpserit, vel insidiatus fuerit, si conventiones in donatione appositas non impleverit *d. l. ult.* Atque hæ causæ dilucidis argumentis in judicio cognitionaliter probari debent *l. penult. & ult. vers. ex his Cod. de revoc. donat.* Et quidem ab ipso donatore, qui si siluerit & non fuerit conquestus, post ejus mortem non licet heredibus vel successoribus revocatoria actione propter ingratitudinem agere *l. 1. l. ult. vers. hoc autem Cod. d. t.* Heres verò donatarii ingrati, tenetur donatori actione revocatoria *d. l ult. in fin. arg. l. his solis Cod. de revoc. donat. Cl. Dn. Wissenb. Exercitat. ad pand. tit. de donat. th. 15.*

25. Et ex his tantummodo causis, non aliis æque gravioribus, donatio revocari potest *l. ult. vers. ex his Cod. de revoc. douat.* Quia hæc lex pœnam continet quæ non debet extendi ex paritate aut majoritate rationis, ad alia quam ad illa de quibus expresse disponit. Ideò etiam donatio revocari non potest, si donatarius donatorem omnium vel majoris partis bonorum, facultatibus lapsum alere recuset *d l. ult. vers. ex his.* dona-

donatarius enim naturaliter tantum obligatur ad remunerandum *l. 25. §. consuluit. 11. ff. de hered. petit.* naturalis autem obligatio non parit actionem. *l. 7. §. 5. ff. de pact.* Illi enim subvenitur ante donationis traditionem, ne ultra quàm facere potest excutiatur *l. 19. §. 1. ff. de re judic. l. si extraneus 33. princ. ff. de jure dot. l. 28 ff. de R. I. § sed et si quis 38. Inst. de action. l. 173. ff de R. I.*

26. Altera revocationis causa est. Patronus (non donator quivis alius) liberto donationem factam, revocare potest, ob natos postea liberos *l. si unquam 8. Cod. de revoc. donat.* quod procedit etiamsi unus tantum nascatur quoniam appellatione liberorum unus quoque comprehenditur, & sine liberis decessisse non dicitur qui vivum reliquit *l. 148. ff. de V. S.* Liberos puta justos *l. 4. §. 6. ff. de re judic.* nam liberi naturales & multo minus spurii non causant hanc revocationem *arg. l. filium. 6. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. l. 5. ff. de in jus voc. §. 12. Inst. de nupt.* Legitimatos tamen complectitur Constitutio *d. l. 8.* Sive per rescriptum Principis sive per subsequens matrimonium *arg. nov. 74. c. 2. nov. 89. c. 9. §. fin. Inst. de nupt. Cl. Dn. Wissenb. Exercit. ad pand. tit. de donat. Donell. ad l. 8. Anton. Fab. lib. 7. conject. cap. 14. & seq.* Sed liberi nati statim post donationem, vivo donatore iterum decesserunt. quæritur, an donatio convalescat? Neg. *d. l. 8. verb. in ejusdem donatoris arbitrio & ditione mansurum.* Actio enim quæ donatario competierat extinguitur, susceptis postea à donatore liberis. Semel autem actio extincta non suscitatur *l. Mævius 66. §. 1. ff. de legat. 2. l. qui res 98. §. aream. ff. de Solut. Fachin. 3. controv. 90. Perez. Cod. de revoc. donat.*

27. Donatarius donatori restituere debet ea, quæ tenet eo tempore quo controversia à donatore movetur: Nam quæ ante vendidit, donavit, permutavit, in dotem dedit, non revocantur, sed firma manent *l. his solis 7. Cod. de revoc. donat.* ne ei ad quem res legitimè pervenit, noceat factum alienum. Sed quæritur an fructus percepti revocentur? Resp. non alios fructus venire in restitutionem, quàm qui extabant tempore donationis, cum unà censeantur donati, modò tamen extent, non alienati, aut ex alienatis factus sit locupletior donatarius,

 quia

quia videntur extare. Medio verò tempore percepti, non ſunt obnoxii reſtitutioni, quia non cenſentur donati, nec eos donatarius perceperit ut donatos, ſed ut proprios ex re ſua collectos. *l. 9. §. 1. ff. de donat.* Poſt litem conteſtatam percepti ſunt reſtituendi, nam culpa & dolus exinde præſtantur *l. 4. §. 2. ff. fin. regund.*

28. Donatio mortis cauſa eſt liberalitas quæ cogitatione ſeu conſideratione mortis inſtantis vel futuræ fit, cum donans magis vult ſe habere rem donatam quam eum cui donat, & magis eum cui donat, quàm heredem ſuum *l. 1. ff. de donat. m. c. §. 1. Inſt. de donat.* Mentio autem mortis vel alterius periculi in ea fieri debet, ne habeatur pro donatione inter vivos *l. Seja 42. §. 1. in fin ff. de donat. m. c. §. 1. verb. ſi quid humanitus Inſt. de donat.*

29. Tres ſunt ſpecies donationis mortis cauſa, una cum quis ſanus, & in bona valetudine poſitus, nulloque præſentis periculi metu territus, ſola cogitatione mortalitatis donat. Altera cum quis metu mortis, aut præſentis periculi, vel etiam futuri ita donat, ut ſtatim res fiat accipientis, quo caſu ſtatim quidem eſt perfecta donatio, ſed ſub conditione reſolvitur, ſi videlicet donator præſens periculum evadat. Tertia cum quis periculo motus non ſic donat, ut ſtatim faciat rem accipientis, ſed tunc demum cum mors fuerit inſecuta, quo caſu ſub conditione pendet donatio *l. Iulianus 2. l Senatus. 35. §. mortis cauſa 4. ff. de donat. m. c.*

30. Cui permiſſum eſt teſtari, permittitur quoque mortis cauſa donare, quanquam de facto teſtamentum non fecerit, cum facere tamen poſſit. *l. Marcellus 15. l. tam is 25. ff. de donat. m. c. l. 32. §. 8. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. filiusfam. 7. §. fin. ff. de donat.* Excipitur filiusfamilias, qui licet teſtamenti factionem activam non habeat, etiamſi pater hoc ei permittat *l. qui in poteſtate 6. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Mortis tamen cauſa donationem facere poteſt, ſi patris in cujus poteſtate eſt, authoritas & conſenſus interveniat *d. l. tam is §. 1. ff. de don. m. c.* Bona verò adventitia quorum uſusfructus patri non acquiritur, tam mortis cauſa, quam inter vivos donare poteſt, citra conſen-

ſum

ſum patris, quoniam dominus eſt & arbiter iſtorum bonorum, & nulla lege de iiſdem diſponere prohibetur, quin imò expreſſè facultas ei data eſt quo velit modo, bona iſta adminiſtrandi *nov. 117. c. 1. pr. & §. 1. Fach. 5. controv. 25. Perez. Cod. de donat. m. c. n. 18.*

31. Omnibus, qui in teſtamento heredes inſtitui, & quibus legata relinqui poſſunt, etiam mortis cauſa donari poteſt *l. omnibus. 9. l. Senatus 35. pr. ff. de don. m. c.* licet ipſi teſtamenti factionem activam non habeant. Unde filiusfamilias, impubes, Servus, quanquam teſtamentum condere nequeant *Inſt. quib. non eſt. permiſ. fac. teſtam.* heredes tamen inſtitui poſſunt *Inſt. de hered. inſtit.* Et ſimiliter eis legata relinqui, & mortis cauſa donationes fieri poſſunt *§. legari 24. Inſt. de legat.*

32. Donatio mortis cauſa in multis comparatur legatis, ita ut quod in legatis juris eſt, idem & in mortis cauſa donationibus obtineat, *§. 1. Inſt. de donat. l. Marcellus. 15. in fin. l. etſi debitor. 17. in fin. l. illud. 37. pr. ff. de donat. m. c. l. ult. Cod. eod. tit.* Sicut enim in legatis & qualibet ultima voluntate (excepto teſtamento) ad minus quinque teſtes requiruntur *l. fin. §. fin. Cod. de Codicill.* ita quoque in donatione mortis cauſa *l. fin. Cod. de donat. m. c.* Sicut de legatis detrahitur Falcidia *ff. & Cod. ad L. Falcid.* ita quoque de donatione mortis cauſa *l. ſi mortis 5. l. in donationibus 12. Cod. ad L. Falcid.* Sicut jus accreſcendi locum habet in legatis, ita & in donationibus mortis cauſa *l. unic. §. fin. Cod. de caduc. toll.* Sicut legata morte teſtatoris confirmantur, ita quoque hæc donatio. Sicut de alimentis teſtamento relictis non licet tranſigere citra Prætoris authoritatem, ita nec de alimentis mortis cauſa donatis *l. 8. princ. & §. 2. ff. de tranſact.* Poſtremò utrobique locum habet Cautio Mutiana *nov. 22. c. 44. §. ult.*

33. Dixi in multis comparari legatis, in aliquibus verò differunt, Sic legata teſtamento relinquuntur, donationes mortis cauſa extra teſtamentum, unde filiusfamilias qui teſtamentum facere nequit, alioquin nec legare, mortis tamen cauſa permittente patre donare poteſt *l. tam is 25. §. 1. ff. de donat.*

*nat. m. c.* Donatio mortis causa cessante periculo, cujus intuitu erat facta extinguitur *§. 1. vers. fin. Inst. de donat.* Legatum verò etsi ex morbo convaluerit donator, non revocatur. Legatum absenti & ignoranti relinqui potest, in donatione verò mortis causa, præsentia tam donatarii, quàm donantis requiritur *l. inter mortis 38. ff. de donat. m. c.* Accusans testamentum de falso perdit legatum in testamento relictum non autem donationem mortis causa *l. post legatum. 5. §. qui principale 14. junct. §. qui mortis ff. de his quib. ut indign.*

34. Donatio mortis causa revocatur tribus ex causis. Primum quando donans reconvalescit ab infirmitate, & liberatur periculo mortis, cujus causa donavit. Et ipso jure talis donatio revocatur, absque alia expressa revocatione *§. 1. Inst. de donat.* Secundò sola pœnitentia donantis revocatur hæc donatio, sive enim sanus sine aliquo periculo, sive infirmus mortis causa donavit, & postea eum pœnituit revocatur donatio *d. §. 1. pr. l. qui mortis 30. ff. de donat. m. c.* Ambulatoria enim est voluntas hominis, usque ad supremum vitæ spiritum *l. 4. in fin. ff. de adim. legat.* Tertiò quando donatarius prius moritur, quàm donator, tunc quoque ipso jure revocatur donatio, quia donatio causa mortis vivente donatore, non transmittitur ad heredes donatarii *d. §. 1. Inst. de donat. l. non omnis 19. princ. ff. si cert. petat.* Sed quæritur si periculum cujus contemplatione erat facta, cesset, quænam actio competat donatori pro re repetenda? Resp. aut dominium est translatum in donatarium, quia donator dedit ut statim fieret accipientis, sed redderet si convaluisset donator, & tunc repetitur utili rei vindicatione, vel condictione ab causam, *l. si mortis 29. cum. l. seq. ff. de donat. m. c. tot. tit. ff. de condict. ob caus.* aut dominium non est translatum in donatarium, & tunc repetitur directa rei vindicatione *d. l. si mortis 29.*

F I N I S.